

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

**Programma Quo Collegium Facultatis Theologicae In Universitate Rostochiensi  
Funus Desideratissimi Collegae, Viri ... Dn. Michaelis Siricci, S. Theol. D. &  
Professoris Publici ... More Maiorum prosequitur : [P.P. Sub Sigillo Facultatis  
nostrae Rostochii d. VIII. Septembris, Anno MDCLXXXV.]**

Rostochii: Wepplingius, [1685]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn755910583>

Druck    Freier  Zugang

Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn755910583/phys\\_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn755910583/phys_0001)

DFG

KL-241(4)<sup>1</sup>

Oldendorp: Warhafftige entschul-  
dinge. Rostock, 1533

wurde aus dem Band gelöst.  
Steht bei Rara -

KL-241.(4) <SON>

bestrohlt 2000

PROGRAMMA  
**COLLEGIUM FACUL-**  
Qvo  
**TATIS THEOLOGICAE**  
*In UNIVERSITATE ROSTOCHIENSIA*

Funus  
 Desideratissimi Collegæ,  
*Viri maximè Reverendi & Excellentissimi,*

DN.  
**MICHAELIS**  
**SIRICII,**

S. Theol. D. & Professoris Publici, Consisto-  
rii Ducalis Assessoris gravissimi, Superintendentis Diœceles  
Rostochiensis vigilantissimi,  
nunc in cœlis beati,  
**More Majorum.**  
proseqvitur.

---

**ROSTOCHII,**  
 Typis JOH. WEPPLINGII, Acad. Typogr.



Ullus vehementior dolor est,  
qvā cum eā parte, qvā jam antem a-  
lē affecti lumen, novus ictus incutitur.  
Ingerat acutiores sui sensum  
qvod in cruentas vibices intorquetur  
telum, & altius penetrat, qvō in mol-  
liora incidit. Idem hodie experimur,  
cives. Nondum convaluit vulnus,  
qvod in morte celeberrimi VARENII  
accepimus, nec longinqvitas temporis ea concessa est,  
qvæ emolliere potuerit sensum jacturæ, qvam in tam charo  
capite fecimus, cum repentinus Gustrovio nuncius nos con-  
sterneret, jam & SIRICUM fatu suo concessisse. Fulmina  
videbamur nobis audire: virum, qvem sanum & incolumem  
nuperè videbamus, de cuius adversa valetudine antea nihil  
relatum erat, nihil etiam suspicabamur; virum, cuius colle-  
gio atque consiliis dolorem amissi VARENII præcipue sola-  
bamur, inopinatò nos perdidisse. Solent qvæ præsentisci-  
mus mala, æquius ferri tanq; jam familiaria nobis qvo-  
dammodo cum eveniunt: hic verò nobis subito obveniens  
casus eò gravior fuit, qvòd omnia alia potius speraremus. E-  
qvidem certi nihil nobis pollicetur hæc vita: novimus  
ad brevem usum data esse omnia, qvæ divina nobis largitas  
concessit, restituenda qvo die summus rerum nostrarum ar-  
biter ea revocaverit: atque ita cum collegam haberemus,  
etiam mortalem nos habere, oportebat meminisse. Debe-  
mus etiam hoc Deo patientiæ obsequium, ut voluntati ejus  
qvām lubentissimè cedamus, ne dum gratias à nobis expe-  
ctat ob præstitam hactenus beneficii usuram, adversus reci-  
pientem sua murmuremus. Attamen qvæ gratiore nobis  
sunt, eorum spem atq; vota longius producimus; incendi-  
tur fruitione boni acrior appetitus, ut lubentius eo careamus.

gau-

gaudio, cuius savitas nondum p̄cepta est, qvām cui in-  
nutriti sumus. Quorum enim, inquit Augustinus I. 19. de  
Civ. Dei cap. 8. nos vita propter amicitia & solatia delectabat,  
unde fieri potest, ut eorum mors nullam nobis ingrat mæstitudi-  
nem? quam qviprohibet, prohibeat si potest amica colloquia,  
interdicat amicabilem societatem vel intercidat affectum omni-  
um humanarum necessitudinum, vincula mentis immitti stupore  
dirumpat, aut siceis utendum esse censeat, ut nulla ex eis animum  
dulcedo perfundat. Quod si fieri nullo modo potest, etiam hoc  
quo pacto futurum est, ut ejus nobis amara mors non sit, cuius dul-  
cis vita fuit? illorum quidem cum contemplamur condi-  
tionem, qvi ex hac vita evocati sunt, gratulandi potius qvām  
flendi causam præbent, qvos in verâ fide obdormivisse,  
Deoque fidi creatori emigrantem spiritum commendasse  
certum est. Auferuntur enim hujus vitæ incommodis, &  
ab ancipiis fluctuum iactatione in portum exoptatum rece-  
pti, æternis gaudiis, omnique à conspectu Dei bonorum af-  
fluentiâ saturantur. nostram potius vicem dolemus, qvos  
adhuc procellæ agitant, qvos nunc gravius remis incumbe-  
re oportet, postquam vivere desierunt, qvī laboris nostri  
assidui & prudentes socii erant. Trahitur in adversas par-  
tes gemina pietas, qvā & defuncto bene cupimus & nobis;  
qvemadmodum & nostram ipsorum ἀνάλυσι ambiguis vo-  
tis & optamus & deprecamur, præente exemplo Apostoli  
Phil. I. v. 23. seq. Poscitque ipse, quem defuncto debemus,  
amor, ut ejus desiderio capiamur, qvippe qvi & ipsi Christo  
ad tumbam Lazari lacrymas expressit Job. II. v. 35. seq. Si  
nullus nobis doloris sensus esset, neque patientia locum in-  
veniret; patimur enim qvæ acerba sunt, qvæq; non habere  
mallemus, ferimus autem propter eum, qvi ut ferremus vo-  
luit eadem imponendo. Modum igitur luctui nostro sta-  
uit religio Christiana, non omnem tollit: ingemiscimus

eum quid amiserimus circumspicimus, restituimur nobis,  
cum quid restet sperandum, consideramus. Prosequimur  
ut praeuntem, desideramus ut revisuri, lugemus ut divinæ  
bonitatis solatio perfusi, denique cum dolore nostro ita  
certabit divinæ voluntatis reverentia, ne quid ab obsequiis  
promptitudine, quam Deo debemus, usquam delibetur. De-  
hortatus autem ab immoderato luctu Apostolus, 1. Thess. 4.  
v. 13. nolo vos, inquit, ignorare fratres, de dormientibus, ne  
contristemini sicut reliqui, qui spem non habent: ut intelliga-  
mus, praecipuam luctus nostri moderationem à spe resurre-  
ctionis pendere. Miserum est Stoicum illud genus solatii,  
quo lacrymas funebres reprimere conatus est Seneca ab im-  
mutabili fatorum lege, Consol. ad Polyb. c. 23. ita fatus: diu-  
tius accusare fata possumus, stant dura & inexorabilia, nemo il-  
la convitio, nemo fletu, nemo causâ movet: nihil unquam par-  
cunt ulli nec remittunt. Proinde parcamus lacrymis nihil profi-  
cientibus. Facilius enim vos illi dolor adjiciet, quam illum nobis  
reducet. Qui sanos torquet, non adjurat, primo quoque tem-  
pore deponendus est, & ab inanibus solatis atque amara quâ-  
dam libidine dolendi animus recipiendus. Nam lacrymis nos ris-  
nisratio finem fecerit, fortuna non facit. Etenim quæ à consi-  
lio nostro pendent, dissuaderi atque reprimi possunt, si obje-  
ceris irritos fore conatus omnes; sed quæ sensum animum q;  
foris accedentia afficiunt, eò fortius nos commovere solent,  
quæ major est rerum meliorum desperatio. Variè quidem  
angimur dum interspem metumq; sibi & tuam, speique in-  
certæ impatientia sapius acerbior est, quam ipsa ejus abje-  
ctio: sed id tunc demum, cum ad alia consilia animum ap-  
plicari debere animadvertisimus. Ita David cum pro vita fi-  
lioli Deum precabatur, jejunii se macerabat, postquam is  
expirasset, surgens & lotus cibum capessiebat, quod non re-  
vocandi amplius spes esset mortuum, sed accedendi aliquan-  
do.

do ad ipsum. 2. Sam. 12. v. 22. seq. Qvibus vèrò nec illa spes  
futuræ vitæ atq;e consortii reliqua est, qvi se cum Seneca in-  
eundem quidem mortuorum cumulu adjectum iri norunt,  
ad consortium vèrò beatioris vitæ cum Davide adspirare ne-  
sciunt, ne in funere amicorum planctibus immodicis indul-  
geant, vix poterunt Stoico hoc solatio cohiberi. Ideoq;e  
id egerunt semper Christiani antistites, ut attemperatione  
fletus, fideles ab ethniciis spem nō habentibus distingverent.  
Indignatur Chrysostomus populo minus rectè se hac in re  
gerenti; homil. 4. in epist. ad Hebr. Cum video luctus in pla-  
teis, lamentationes, super eos qvi ex hac vita migrarunt, & ulula-  
tiones, & ineptias alias, credite mihi erubesco & paganos & jude-  
os & hereticos ista videntes, & omnes qvi nos irrident.  
Cogita quid psallas in illo tempore Revertere, inquit, anima in  
reqvientiam, qvia Dominus benefecit tibi; Et iterum: non timebo  
mala, qvi a tunc ecce es. Dicis Dominum benefecisse tibi &  
etiam patres concilii Toletani III. c. 21. Qui  
divinà vocatione ab hac vitâ recedunt, cum psalmis tantummodo  
& psallentium vocibus debent ad sepulchrum deferri. Nam fu-  
nebre Carmen, quod vulgo defunctis cantari solet, vel in pectori-  
bus se aut proximos aut familias cædere (qvi fuit ethnicus mo<sup>s</sup>  
interdictus etiam Deut. 14. v. 1.) omnino prohibemus. Suf-  
ficiat autem quod in spere resurrectionis Christianorum corporibus  
famulatus divinorum impenditur canticorum. Nos quoq;e  
si qvid in funere canamus nostris moribus, rectè perpendi-  
mus, idem illud in hymnis nostris solatum invenimus,  
quod suspendere lacrymas jussert & querelarum finem fa-  
cere. Ridebatur quondam Democritus à Plinio l. 7. nat. hist.  
cap. 55, quod humana corpora asservanda esse censuerit in  
spem reviviscendi: nos qvi illam non vanam esse rectius no-  
vimus, certiore fiduciâ, spretâ gentium desperatione, in fu-  
nus procedimus.

HAC

Hic dies dictus est solemnitati illi. Cives, quā desideratissimo nobis Collegae justa solvantur, nempe Viro, in cuius obitum hæc præfati simus, per quām reverendo atque excellētissimo Dn. MICHAELI SIRICIO, S. Tb. D. & Prof. Publico hujus Universitatis, Consiliarii Ducalis Assessori & Diœceſeos Rostochiensis Superintendenti hactenus gravissimo, Viro celebritatem nominis, anteqvam ad nostras Mecklenburgicas terras accederet, jam diu apud exterros nacto, hic verò ut aliis omnibus ita imprimis Serenissimo Principiaç Domino, Dn. GUSTAVO ADOLPHO, Duci Mecklenburgico &c. Principi ac Patrono nostro clementissimo supra plures alios cum viyeret charo. Natus in hunc orbem est propitio Numine anno hujus seculi XXIX. die secundo Decembris in inclutâ civitate Lubecensium, Patre avoqye sibi cognominibus, illo, Pastore qvondam vigilantissimo præcipuæ, qvæ istic est, ecclesiæ, cui qvondam à B. virgine nomen datum, hoc vero civi urbis spectatissimo; matre Agnetâ, Amplissimi ac Prudentissimi, cum viveret, viri Gerardi Reuberi, Senatoris ejusdem urbis laudatissimi filiâ, atqve aviâ, paternâ qvidem, Magdalena Beckeria, maternâ verò Elisabetha Millies, lundatissimis sexu§ sui ornamentis. Atqve ut in puerō jam mature optima in dolesatqve ad literas natâ emicuit, ita & Reverendi parentis hæc non postrema cura fuit, ut qvām optimè in iis institueretur. Postqvam igitur lingvarum fundamenta in patriâ probè jecerat, anno ætatis decimo octavo ad celebre tunc Gymnasium Stetinense missus est, in quo majoris scholæ exercitiis præpararetur; sed ob febris qvartanæ molestias, qvātum fortè ceperat laborare, citius domum revocatus, postqvam convaluit, anno sequente Helmstadium se contulit, in florentissima Academiâ studiorum sublimiorum jam fundamenta positurus. Verūm nec hīc longior aliquat̄a mōra fuit, cum post annum vertent.

ccii

tem ob triste ortum de novis opinionibus certamen rectius  
sibi putaret consultum fore, ut Lipsiam proficisceretur, ex-  
ceptus hospitio ac familiaritate celeberrimi Theologi Joh.  
Hulsemanni. Ut annus hic seculi quadragesimus octavus i-  
psi funestus fuit, morte utriusque parentis, ita & quotidiano  
usu tanti præceptoris non potuit non esse etiam perquam  
felix, sub cuius ductu & auspiciis ad veram Theologicorum  
dogmatum cognitionem intimius penetravit. Hinc Wit-  
tebergam progressus anno proximo, quantos in his literis  
profectus fecerit, eruditæ disputatione de SCRIPTURA S.  
sub præsidio excellentissimi D. Scharffii ostendit. Tandem  
ultimam eamque honorificam sibi elegit Academiam, quæ  
Gissæ Hassorum est, quam cum Wittenbergensi commuta-  
vit sub annum seculi quinquagesimum primum: ibi ut se-  
dem figeret, fecit digna virtutis & ingenii æstimatio, quam  
apud Serenissimum Hassia Landgraviū adeptus erat, qui  
ipsi, postquam disputatione inaugurali d. 26. Febr. A. 1657.  
propositâ gradus Theologici licentiam nactus erat, extraor-  
dinariae Theologicæ professionis munus clementissime de-  
mandavit. Quod ita egregie ornavit, ut mox seqvente an-  
no & ordinaria historia ecclesiasticae professio, & ecclesiasti-  
ca in oppido functio illi adjiceretur. Non succubuit sub  
onere multiplici viri virtus, sed acrius enixa ad majora fecit  
progressum, a. 59. d. 17. Eebr. pileum doctoralem auferens, &  
mox d. 22. Aprilis ordinarii Theologiae Professoris titulo do-  
natus. Qvos hic labores laudabili diligentia sustinuerit, quibus  
in publicum emissis eruditis lucubrationibus orbi literato  
innotuerit, si pluribus docere institueremus, soli facem præ-  
ferremus. Initia viri vobis enarravimus, cives, quæ ob-  
scuriora esse poterant; reliqua à nobis parcius expectate, quæ  
tota Germania loquitur, quæ Disputationes de Deo, tractatus  
de Simone Mago, de Ebionitis, de Religione Muscoviticâ, de las-  
tryp:

chrymis Christi, de uxore unâ, immortalitate anime, idolo papali, successione ecclesiastica &c. ob oculos ponunt, qvamque in beato viro non Theologum tantum nos expertissimum, sed & multijugæ lectionis philologum amiserimus, docent. Non potuit lucerna in medio posita diu latitare illos, qvibus & religionis & bonarum literarum amor est. Novimus qvantoper non Principibus tantum viris sed & Regibus aestimatus fuerit hic noster, qvamque parùm abfuerit, qvò minus qvæ Germaniæ finibus non conclusa erat fama viri, ipsum etiam inde aliò avocarit. Stadensis etiam civitatis irritus conatus fuit tantum Theologum sibi exoptantis, cum qvæ Ser. Landgravius certavit; sed paulò post Serenissimi Principis nostri Domini GUSTAVI ADOLPHI invitatio majus pondus habuit, cui se a. LXX hujus seculi d. 28. Octobris ad Conaciones aulicas stitit. Qvam dextrè illo functus sit officio, nemo melior testis erit, qvam ipse qui omni exceptione major est Serenissimus Princeps, cuius continuo majorem ad extremos usque vitæ dies promeritus est amorem atque clementiam; qviq; ipsum a. D. 76. Professione Theologiae in hac universitate & Superintendentia Rostochiensis diœcesis donavit. Atque utinam ita donasset, ut & nobis licuisset tam exoptato collegâ qvam constantissimè præsente frui! Sed ab eo tempore quadriennium integrum in aula derentus anno demum octogesimo domicilium hue atque familiam transtulit. Et qvam lubentissimè etiam tunc virum apud nos retinuissemus, cuius gravis atque erudita opera huic Universitati egregium emolumentum, qvin & sola à pluribus retrò annis acquisita nominis gloiar incrementum addidisset. Sed neque id permisit ingens qui ipsi denuo accessit ad Principalem gratiam cumulus, qvæ desiderio viri cum apud nos esset fortius accensa, omnino pati noluit, ut à latere suo avelleretur. Itaque revocatus Gultrovium statim ineunte sequen-

quente anno, ab eo tempore non nisi rarius in Academia  
comparens, spem sui redditus subinde, sed ne quicquam fe-  
cit, donec illum inopina mors omnem interciperet. Quam  
tamen & in illo aulicorum negotiorum strepitu solicitam  
ad publicum bonum curam applicuerit, & quicquam negoti-  
is illis subducere potuit, quibus publice destinabatur, in o-  
mnibus qui obveniebant casibus religiosissimi Principis pi-  
etati quam dexterim consulens, in literas impenderit, te-  
stabuntur horum annorum hactenus pleraque avenientia scri-  
pta, posthumus ut speramus, partus industriæ atque ingenii  
futura, Pars tertia de Successione ecclesiastica, Praeco pœnitentie,  
tractatus de querendâ in omnibus gloriâ Dei, Exercitationes in  
Genesim & Exodum, ostensio fundamentalis abominationum pa-  
patus circa cultum religiosum creaturarum &c. quemadmodum  
de homileticis antea viri in aula laboribus testatur commen-  
tatio in Symbolum Nicenum & Constantinop. Sed inserviendo  
aliis en ipse absurbitur, dumque quam optimè studet & Sere-  
nissimo Principi & ecclesiae omni prodesse, jam non prodest,  
sed inexhaustis laboribus ac vigiliis sibi ipsi vitam & facultatē  
diutiū professendi præscindit. Sentit hunc obitum & pu-  
plica & privata res, cietque maritum & patrem nunc supremâ  
voce vidua ac numerosa proles. Nempe anno post Chri-  
stum natum M DC LIX. d. 7. Maii felicibus sibi sponsalibus  
junxerat ornatissimam virginem ANNAM florentissimi at-  
q; integerrimi apud Francofurtenses ad Mœnum quondam  
mercatoris Adami Forthi filiam primogenitam, quam eo-  
dem anno d. 27. Junii solenni ritu domum duxit. Ex hoc  
matrimonio filios suscepit tres, filias septem; filios quidem  
omnes nunc per Dei gratiam superstites, videlicet M. Erne-  
stum Gerardum, S. Theologiae, Johannem Medicinæ Studio-  
sos & Gustavum Adolphum, in quibus virtutem optimi paren-  
tis partim jam observare cœpimus, partim etiam fore spera-  
mus

B

mus

mus, ut non imbellum progenerant aquila columbam: filias vero  
tres jam meliori vita vindicatas, Elisabetam, Christolam &  
agnetam & Magdalenam Sibyllam, ita ut quatuor superstites  
paterni funeris luctum domesticum adaugeant, Anna Ludowica Catharina,  
Viro plurimum Reverendo & Excellentissimo, Dn. Nicolao Dassivio, S. Th. Lic. & Professori extraordi-  
nario apud Grypsvvaldenses nupta; item Agnes Catharina  
Druida Lucretia, Sophia Catharina, eò infeliores orphanae,  
quod non nunc demum patrem sed & jam ab anno hujus se-  
culi septuagesimo septimo matrem amiserint. Exagitat  
maledicus, se quis alius, Jesuita Jacobus Gretserus in li-  
bello, quem *Gratias Dan. Cramero solutas* καὶ ἀφεστινον vo-  
cat, cap. 3. seqq. nostrorum Theologorum epitaphia atque  
parentationes funebres, ubi defuncti presbyteri vele episcopi  
uxor & numerosa proles recenseantur, quod ejus generis lau-  
des in antiquitate nullae legantur. Hoc scilicet argumen-  
to probaturus, quod clericos oporteat, et si ante quam ad ec-  
clesiasticū ordinem admoverentur, uxores duxerint, postea  
tamen juxta universalem ecclesiæ consensum ab iis penitus  
abstinere. Sed fingunt sibi hi homines sua somnia, ut lu-  
bet, & ne quā in read manifestam veritatis lucem objectam  
frons rubore suffundatur, conquisitis undique calumniis  
in veteres & quæ ac recentiores scriptores pari animi impo-  
tentiam grassantur. Memoriae prodidit Socrates, l.s. b.ist. eccl.  
c. 22. quod etsi suo tempore in Thessaliā & vicinis regioni-  
bus, Macedoniā atque Achajā clericus postquam ordinem  
adeptus est uxore interdicatur; aliter tamen fiat in oriente,  
ubi multi εἰ τῷ καιρῷ τῆς Πτολεμαῖς καὶ παιδας εἰ τῆς νομίμης  
ζωμένης πεπικασιν ipso etiam episcopatus tempore liberos  
ex legitima conjugie suscepint. Quid clarius? Sed nunc ob-  
ijicienda viro hæresis Novatiana erat, ne fidem mereretur  
in iis, quæ de publicâ multarum gentium consuetudine nar-  
rat.

rat, in quibus ut falleret, nec ipsius nec Novatianismi inter-  
erat, quin & si fallere voluisse, non ita tamen stultus fuit,  
ut se id posse consideret. Nec obstat Jesuitæ, quod idem con-  
firmet Nicephorus; quippe quem sua ex Socrate hauiisse ait.  
Sed si Socrates fidem omnem decoxit, quod non ad votum  
Romanæ curiæ scripsit, vel Athanasio tamen illa relinqua-  
tur integra, qui à certamine Ariano & celebritatem &  
favorem omnium habet, qui Epist. ad Dracont. t. i. op. p. 958.  
episcopos & monachos inter se comparans, quāmque in u-  
trāque vitā licet hujus mundi commodis frui vel abstinere  
edocens; πολλοὶ δὲ τῶν Ἐπισκόπων, inquit, ἔδε γεγαμήκασι, μο-  
ναχοὶ δὲ πατέρες τίκτων γεγόνασιν. ὥσπερ καὶ Ἐπισκόπος πατέρες  
τίκτων, καὶ μοναχοὶ εἰς ἀλεκήρα γένεται τυγχάνοντας (εἶδαμεν)  
Multi quoque ex episcopis matrimonia non inierunt, monachi  
contrā parentes liberorum facti sunt: quemadmodum vicissim  
episcopos filiorum patres, monachos integri generis (seu, ut ver-  
tit Latinus interpres: generis posteritatem non quaestuisse) a-  
nimadvertis. Sic & Synesius protestatus est, se episcopum  
factum, uxorem non deserturum esse, quin optaturum & pre-  
caturum ut multi probique sibi nascantur liberi. Quid ut-  
ut scripsit spe amovendi à se episcopatus oneris, cum sciret  
esse, quibus talis episcoporum continentia nimis placeret  
sufficit tamen, quod conditio hæc admissa sit. De Grego-  
rio Nazianzeno res nota est, quod unà cum fratre Cæsareo  
ex patre jam episcopo vel certè presbytero nasus sit, juxta  
illud carminis

Οὐτω τοσσόν ἐκμεμέτεγκας βίον

οὐες διῆλθε θυσῶν ἐμοὶ χρόνον.

Sed non est, quod hisce immoremur. Si in parentati-  
onibus veterum ista non commemorantur, ea causa est,  
quod in laudandis virtutibus tantum defunctorum occupati-  
tuerint, qui illas scriplerunt, ad quas non facit numerus li-

B. 2

beror

herorum; et si ad benedictionem divinam utique pertinet  
juxta Ps. 127. v. 4. & Ps. 128. v. 3. eoque nomine meritè  
commemorandus. De episcopo digamo eruditam com-  
mentationem ipse *oꝝ mariae ius* noster edidit, cum ante se-  
ptennium secundas nuptias cum ornatissimâ matronâ, *An-*  
*na*, *Viri Nobilis.* & *Amplissimi Dn. Friderici Plönnies Senato-*  
*ris Lubecensis optimè meriti filiâ, Nobilissimi qvondam &*  
*Consultissimi Viri, Dn. Samuelis Schützij, U. J. Ltirelicitâ vi-*  
*duâ, celebraret, ut factum hoc suum nec S. literis aduersum*  
*esse, nec piæ antiquitatis suffragiis carere ostenderet. Cete-*  
*rum qvanta fuerit viro miorum sanctitas, & qvanto studio fa-*  
*miliam omnē ad pietatem adduxerit & qvotidianis exercu-*  
*erit precibus, ut expleret obſineretq; qvod Apostolus ab e.*  
*piscopo desiderat, 1. Tim. 3. v. 4. ut bene præſit domui &*  
*liberos habeat obdientes cum omni gravitate, norunt illi, qui*  
*familiariū ipsum norunt, & in ædibus ejus freqventes adfu-*  
*erunt. Quantum profuerit Serenissimo PRINCIPI, qvæ-*  
*tum ecclesijs eorumque presbyteris ipsius inspectioni pecu-*  
*liariter concredit, qvantū bonis omnibus, nunc commu-*  
*nis omnium luctus ostendit. Ceremoniae funebres, qvæ*  
*hodie Gustrovii à viduâ & liberis mœstissimis parantur, affi-*  
*cunt amicorum etiam peregre habitantium animos, & nos,*  
*qui funus alio loco deductum comitari non possumus, pro-*  
*seqvi tamen hac scriptione nostrâ voluimus, ut & vos, Cives*  
*Academici, nobiscum qvalem in illo virum perdiderimus,*  
*reputetis, bene ipsius reqviei, bene ecclesia, bene toti Aca-*  
*demicæ precantes, ut clarissimo Theologorum pari, & illi,*  
*qvem ante sesquiannum amisimus VARENIO, & huic qvî*  
*nunc effertur SIRICIO similes nobis sufficere viros opti-*  
*mum Numen dignetur.*

*P. P. Sub Sigillo Facultatis noſtre Rostochii d. VIII.*  
*Septembri, Anno MDC LXXXV.*



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn755910583/phys\\_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn755910583/phys_0015)

DFG






Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn755910583/phys\\_0017](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn755910583/phys_0017)

DFG





Quidem diversæ passim Philosophiæ circumferuntur descriptiones, quas singulas, & recensere, longum; & ad rationis, in præsentiarum, libellam revocare, tædiosum foret. Antiquissimam ego primâ facio: tanquā à Philosophorū, quos habemus, Primate latā, omniumque, rectè philosophantium, calculō, hactenus approbatā Platonis ea est, digna profecto Authore abus tantum voculis, MEDITATIONE, puta, lvatur. Censebat Divius ille Vir, tantò nos evales, quantò vivaciùs consideremus mortem. Ne ipso falsus est, cùm, quodcunque in Philosopho, circa mortis meditationem reperiamus. Mortem, quæ rectam vivendi rationem monstrat, atque it, quales esse in morte desideramus. Ea, animum quæ à verò nos abducere, aut aliquam, nomini m notam inurere possunt. Ea est, quæ do, timorem pellit, tranquillitatem inducit; s casuum animum varietates firmat, adversus reddit, quando omnia a beodem impedimentantò paratior sit, sicubi res exiget, statim quando est faciendum, statim exire, quo aliquid, tabernaculo suo. Quæ enim ista mortis, aut socordia, cùm cognati simus DEO, cùm terris animal, præter hominem, cognitione.

DE